

possibile ut dici solet, nemo obligatur, si modò non sit talis im-  
potentia, cujus ipsi causa sunt, quæ impotentia omittere, impedire  
nequaquam excusat, quod impedire non potest. Sic nos in hoc  
mundi ergastulo Decalogum divinum ejusque postulata implere  
nequimus, & tamen, quod non implemus propterea non sumus  
extra culpam, quia quod non possumus ipsimet peccando feci-  
mus, ideoque impotentia hæc nobis imputatur. Eximuntur  
ultimo quoque ii, qui pro libertate sua non impediunt, cum alias  
possunt. Sic Deus ab æterno hominum peccata prævidit & im-  
pedire potuisset, sed nulla astringebatur lege, siquidem & homi-  
nes libertate ea condidit, ut per semetipsos à peccando abstinere  
potuissent, si voluissent. (β) Permissio est non revelationis  
seu non manifestationis.

Sic *qui sceleris* *quoddam* *ver-*  
cultum, non ignorat, cum iceleris executorem detinere ab exe-  
quendo illi non potest, Magistratui illud revelare ac manifesta-  
re debet, ne vel insons profundatur sanguis, & noxium ac peri-  
culosum detrimentosum intermittatur. v.g. Ruben, qui plagium  
fratris à fratribus commissum non manifestavit patri Jacobo, eo-  
dem in scelere esse, censetur, & utique hujus sceleris æstimatur.

causa Moralis. (γ) Permissio est non dilationis ac  
procrastinationis, cum quis, si omnibus modis ac intensis  
quasi nervis laboravit consanguineorum suorum quendam à fla-  
gitiosa avocare actione, meditans insuper omnes præcludere  
ipsi occasiones, etsi advertit, suas meditationes suosque conce-  
ptus plane fieri irritos, ob consanguinitatis vinculum tamen Ma-  
gistratui pessimum propositum sui amici denuciare non vult, te-  
netur interim amico persuadere, dilationem seu procrastinatio-  
nem sui delicti forsan fieret, ut interea temporis ad meliorem se  
reciperet frugem, animumque damna inferendi mutaret. Cum  
itaque ille consanguinei sui facta differre ac procrastinare inten-  
dit, ipse particeps fit flagitiorum perpetratorum.

§. XV.

Addi hisce prædictis speciebus adhuc possunt aliæ, quæ  
quidem explicite in datis versibus non continentur, nihilominus  
tamen,